

p. 2. lib. 7. c. 2. q. 1., ubi q. 2., quod in hanc poenam non incident, qui aliqua justa excusatione, vel impedimento non emittunt, nec ista solutio contrariatur iis, quæ diximus in prima parte, quod negligens non incurrat poenam privationis, nisi declaratoria, per Judicem pronuntiata; nam ibid. limitavimus, quando agitur de acquirendis; tunc enim non est poena privatoria, quia privatie supponit habitum, quia nemmo privatur nisi prius habuerit id, quo privatur; at Parochus, qui non emit professionem Fidei, non facit fructus suos, sive non acquirit fructus; unde nec privari potest; lex ergo resistit acquisitioni, ac propterea non requiritur judicis declaratio, sed Parochus ipse in Conscientia tenetur fructus perceptos ante Fidei professionem, in termino praescripto non factam, in pauperes, vel opus pium insumere.

Quam negligentia culpam, incurret Parochus, qui una Ecclesia Parochiali dimissa, aliam obtinet, iterum non emittat eadem professionem Fidei; tenetur enim toutes quoties beneficium acquirit eam emittere ad tradita per Barbosam de potestate Episcopi alleg. 61. num. 9.

Nec omittendum est, quod scripsit D. Joannes Christi homil. 3. in actis Apost., per haec Verba (Non arbitror inter animarum reatores multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures qui pereant, non tam propriis peccatis, quam alienis, quæ non curarunt.

C A S U S.

Contra N. Parochum Ecclesiarum Villæ Novæ Marchesanæ, Dioecesis Adrien, egit Vicarius illius Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi, residens hic Ferraria, Criminaliter, ex quo ille Monitus extrajudicialiter neglexit se corrigerre de pluribus delictorum capitibus, pro quibus per Fiscum illius Curiæ, prætendebatur puniendum.

Capita autem delictorum sunt; Primò, quod Conversatus sit cum Margarita sua Parœtiana non nupta, eam sèpius conveniendo, & alloquendo privatim, & publicè, cum suspitione mali finis contra honestatem, & cum scandalo Parœtianorum,

Secundò, quod sit suspectus de illato eidem Margaritæ stupro.

Tertiò, quod plura, à suis Parœtianis, oblatæ Ecclesiæ, sibi appropriaverit, & distracterit.

Quartò, quod neglexerit Animarum curam, & Populi Institutionem.

Quintò, defecerit in officiis Parochi, in administratione Sacramentorum.

Sexto, quod Doctrinam Christianam non edocuerit plebem sibi commissam.

Super quibus delictis emanavit sententia ab illo Vicario, in contumaciam, condemnando Reum Inquisitum, in tres poenas.

Primo, in poenam suspensionis, ad beneplacitum Illustrissimi, & Reverendissimi sui Episcopi.

Secundo, ad exilium per triennium à tota Diocesi Adrien:

Tertiò, computavit in partem poenæ, expensas exactas pro Viaticis, & Cavalcatis pro Commissario, Notario, & Biruariis num. 22. missis pro capiendis informationibus, ad instantiam Fisci, & pro aliis expensis (ut dicebat sententia) solutis, & solvendis, quæ expensæ exactæ ascendebant ad summam scutorum Quadrangularia quinque, & bajocorum 75. monetæ Jularum decem pro scuto.

Appellavit r. Parochus, ab hac sententia ad Eminentissimum, & Reverendissimum Legatum Ferraria, eo quod Villanova Marchesana comprehensa est in legatione, & Ducatu Ferraria, nec possunt Causæ, tam Civiles, quam Criminales, extra Statum, & Ducatum Ferraria Avocari, juxta Brevia Clem. VIII. & Urbani VIII., qui Eminentissimus Legatus requisivit me, quid de Justitia sententia prefata sentirem.

V O T U M.

Ui in Voto, quod Sententia Vicarii præfati, esset omnino iniusta, ac proinde revocanda.

Præmittenda enim est observatio, quod ex illis, sex Capitibus delictorum, de quinque posterioribus, nihil probatum est in processu, consequenter pro eis nulla erat poena apponenda; immo neque poterant in Inquisitionem Criminalem, per Judicem transmissam inseri; quia specialis Inquisitio transmitti non potest, ubi primò de delicto non constat fuisse commissum, & ubi non constat de Corpore deli-

Pars Secunda. Artic. XXXII.

delicti, tex. in l. 1. §. Item illud ff. ad Sylvian., Farinac. q. 1. Criminal. num. 6., & quæst. 2. num. 1., Conciol. resol. Crim. V. Inquisitio resol. 2., ubi num. 2., quod si non extit legitima Indititia, Inquisitio est ipso Jure nulla, ibique per eum allegata, etiam si Judex assereat esse dissamatum, quia, de quo non constat in processu, Judici non est credendum, Guazin. defens. 9. cap. 1. num. 4., & Conciol. V. Stuprum resol. 1. n. 2.

113 Nam secundum caput asserti delicti, nempe stupri Margharitæ, nec pro minimo probatum, aut Indicatum est, neque corpus delicti, ex Inspectione Margharitæ per Obstetrics, ut requirebatur ad allegata per Sperell. decis. 136. à num. 18., & seqq., Guazin ad defensam, defens. 4. cap. 6., neque alioquin probatum est, Parochum hunc visum, & repertum fuisse cum Margharita nudum cum nuda, aut aliter spoliatum, aut de Nocte solùm, eum sola in Cubiculo clauso, ut hæc omnia tamq; indicia observat Jo. Baptista Costa tract. (Aut sciebat, aut ignorabat) centuria 2. dist. 12. num. 77., Conciol. resol. Criminal. V. Stuprum resol. 3., nec Margharita unquam dixit se stupratam, quasi clamando, conquerendo, quæ aliquale indicium ficerent cum Adminiculis, Conciol. supra resolutione 2., sed solùm pro parte Filii probatum legimus, quod iste Parochus frequenter accesserit ad domum Margharitæ, ibi longius detinebatur alloquendo, & confabulando, quam conjecturam tamquam levissimam, & remotissimam deridet, Specr. decis. 140. num. 13., quia hoc potuit fieri pro simplici conversatione, ad audiendam Margharitam canentem, absque ulla affectione inhonestæ, vel si cum affectu, non tamen probatur, aut inditiatetur effetus.

114 Tertium Caput delicti, nullatenus pariter probatum est, nam ex processu pro Curia, & Fisco formato, & latius in processu ad defensam in gradu Appellationis fabricato habemus, consueisse in eum locum oblata transportari, & conservari in domo, & horeo Parochi; vestes pariter oblatas per Massarios prævia aestimatione fuisse Parochio consignatas; unde in receptione oblatorum, neque obumbrari potest delictum, nisi ad calumniam.

Quo verò ad distinctionem, tum de con-

suetudine loci, tum de Jure, administratione oblationum spectat ad Parochum, Rebuff. tract. de decimis q. 1. nu. 29. 30., Merlin. decis. 257. num. 10., Pirouan. decis. 256. in p. 1. recent., coram Orano in Beneventana spoli 2. Decembri 1585., Riccius decis. Neapol. 170. num. 7. p. 4., Marescot. Variarum lib. 2. cap. 42. num. 6., & seqq., Gutierrez. Canonic. q. q. lib. 2. cap. 21. num. 162., Barbosa in cap. Custos nu. 4. Vers. in oblationibus de offic. Custod. & in Can., Qui Sacerdotes x. q. 1., & de officio Parochi p. 3. cap. 24. quarta parte num. 16., & seqq., Cerro decis. 305., Cavaler. decis. 369., & decis. 405.

115 Quod enim Jure permittente fit, non potest imputari in delictum, dum qui utitur Jure suo nemini facit iniuriam, l. contra legem ff. de legibus, Rota decis. 129. n. 7. p. 1. recent., Spada Consil. 82. num. 7. p. 2.

116 Unde ad summum competit Episcopo actio Civilis ad exigendum à Parochio, ut rationem reddat de pretio retracto ex dividendis rebus oblatis, & apud se depositis, & in actione ista Criminali nil aliud poterat Judex, nisi reservare Jus sibi, aut Episcopo, aut alteri cui de Jure de exigenda hujusmodi ratione, & qualiter recepta converterit in utilitatem Ecclesiæ, cui factæ sunt oblationes.

117 Quoad quartum, quintum, & sextum, delictorum capita, nullatenus in processu constat, unde non solum non poterat ad poenam condemnari, quæ numquam interfuit sine delicto, sed neque de eis specialiter inquire, quia specialis inquisitio numquam transmittitur, nisi gravis præcedant indititia, Farinac. q. 1. num. 47., Massard. de probat. conclus. 351. num. 1., Menob. de Arbitr. Jud. lib. 1. q. 88. num. 1. aliisque supra allegati.

Totum ergo delictum hujus Parochi ad primum caput restringitur; quod scilicet frequenter alloqueretur puellam, cum suspcione concepta mali finis, & videntium scandalø.

118 Sed ante omnia observandum est, quod nullus testis pro Fisco examinatus dicit, quæ Verba proferent, & de quibus alloquerentur, an de rebus honestis, aut dishonestis, vel indiferentibus; unde cum delicta non presumantur, saltem de rebus indiferentibus eos alloquitos presumendum est, ad allegata per Gabrielem lib. 7.

tit. de maleficiis concl. 2., Belet. disquis. Clerical. p. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 25. num. 6., ubi num. 5., in fortiori casu ait; si visideretur Clericus amplexans mulierem, præsumendum esset, quod eidem mulieri daret benedictionem, Aretin. de Malefic. in V. Che bai adulterata la mia donna, Cravet. Consil. 244. num. 4.

123 Reddit Rationem Bellet. supra dicto nu. 6., facta dubia, quæ possunt referri ad malum, & ad bonum, debent semper interpretari in bonam partem ad exclusionē delicti, Can. 1. dist. 41., Can. in scripturis dist. 96., cap. estote de reg. Jur., cum pluribus ibi alleg., licet ex communiter accidentibus, ubi mos regionis aliter non suadeat, tales amplexus solent fieri, & interpretari in malam partem, non tamen hæc interpretatio prudentum potest habere locum in casu nostro, ubi constat de sola alloquitione, que multo minus est, quam amplexus, nec aliter malam fundant præsumptionem.

124 Verū dato etiam aliquali delicto, sententia evidenter iniusta convincitur; nam debebat Parochus iste prius moneri, ut abstinaret ab illo accessu, & colloquione scandalosa, cum comminatione poenæ, ut Juris est, cap. Monasteria cap. 4. Crapula de Vita, & honest. Cleric., cap. si quisquam, cap. sicut de Cobabit Cler., & Mulierum, & Novissime Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. de reform., Ubi dat formam procedendi contra beneficiarios concubinarios, aut cum mulieribus inhonestis versantibus, etiam extra domum, ibi (Quod si a superioribus moniti ab iis se non abstinerint, tertia parte fructuum beneficiorum suorum ipso facto sint privati).

125 Ubi notanda sunt Verba (si moniti non se abstinerint) per quæ importatur contumacia post admonitionem, & tunc propter talem contumaciam decernitur pena privationis tertiae partis fructuum beneficii, quæ forma omnino erat in hoc casu servanda, quæ cum non fuerit servata evidens est Judicem male, perperam, & iniuste processisse, ac Judicasse.

126 Monitio enim premittenda est de forma, ut eruditè ostendit Sperell. decis. 125. à n. 13., & seqq., ubi num. 18., quod si Judex omittat hanc præviā monitionem, non agit ut Judex, sed uti privatus, & sequi-

tur nullitas sententia, ex defectu Insanabili Jurisdictionis; maximè quando Judex procedit per viam inquisitionis, idem Sperell. decis. 116. num. 15., ubi nu. 7., etiam monitio debet præcedere, quando imponeenda est poena privativa, Riccius praxi aurea p. 3. resol. 311.

127 Neque sanatur nullitas, & iniustitia ex eo quod in sententia enuntietur, Parochum fuisse extrajudicialiter præmonitus, & ab ipso judge, & ab Episcopo; quin immò etiam si diceretur monitus in Synodo Diocesana decreto de hoc emanato.

128 Nam de istis non constat in processu, quæ autem non sunt in processu, sunt extra mundum ad effectum judicandi, & tenetur Judex ex allegatis, & probatis, maximè in criminalibus, l. Illicitas §. Veritas ff. de officio Praesid., cap. Pastoralis §. quia vero de officio Jud. deleg., Monitio extrajudicialis est Paterna, & opus dignum Charitatis, sed ad effectum Judicandi non prædest, sed debet esse Canonica, & Judicialis, ut Judex possit in ea se fundare; nec sufficit monitio Synodalitatis, quia hæc se habet per modum legis generalis, sed requiritur monitio specialis, personalis cum comminatione poenæ, ut declaravit Sacra Congregatio, & Rota allegata per Bellet. disquis. Cleric. p. 2. tit. de poenis Cleric. §. 3. sub num. 6., glos. in Clement. 1. in V. nominativi de Vita, & honest. Cleric., Garzias de benefic. p. xi. cap. 10. num. 186. declarat. 4., ubi refert, ita declaratum à Sacra Congreg., & in Rota decisum, Genuens praxi Neapol. in noviss. editione c. 37. in terminis Concilii Trid. Barbosa in Collectanea Apostolic. decis. collect. 514. num. 2. 3.

129 Ideo Rota coram Pennia decis. 581. sub n. 23., ait, quod ad effectum puniendi Clericum concubinariū, necesse est ex adverso probare, quod Clericus post legitimas monitiones in concubinatu permanerit, & decis. 658. num. 7., quod debet moneri juxta ordinem datum à Concilio Trid., quia sic monitus dimittendo concubinam, potest evitare poenæ, quæ non commituntur sine mora ad allegata per Conciol. resol. Crimin. causio resol. I. num. 2.

130 In nostro ergo casu, in quo non est Parochus Concubinarius, neque de concubinatu suspectus, sed vix suspectus de prava intentione, & pravo fine, ex quo frequen-

quenter accedebat ad domum Margharitæ & cum ea confabulabatur, tanto magis debebat judicialiter præmoneri, quæ præmonitio aquivalet citationi, ad allegata per Barbosam axiom. 164., ut se abstinentio posset evitare poenæ, undè ex defectu, & omissione monitionis, sicuti ex defectu citationis resultat nullitas Judicij.

131 Quod tanto magis prudenter agendo judex debebat observare in Parochio, quo medio tanto minus suspicio detegebatur, tanto minus bonum nomen laudebatur, nec scandalum confirmabatur, immò non augebatur in populo.

132 Injustitia sententia patenter quoque desumitur, ex excessu penarum contra Parochum impositarum, quæ non debebant delictum excedere, l. Pedius ff. de Incendio ruina, & naufrag., l. respicendum ff. de poenis, l. Sancimus C. de poenis, Can. Afferamus 24. q. 1., certum est enim, quod minor debetur poena pro suspicione delicti, quam pro ipso delicto probato, aut confessio, Farinac. q. xi. num. 62., at pro delicto concubinatus probato, & confessio, vel pro inhonesta conversatione probata, & confessio ex dispositione Trid. d. sess. 25. cap. 14., imposita est poena privationis tertiae partis fructuum beneficii, quæ venit applicanda loco pio, aut fabricæ Ecclesiæ; quod decretum observari mandavit B. Pius V. Constitutione quinta incipit (cum primum)

§. 12., non poterat ergo damnari iste Parochus ad illas tres poenæ, singulæ quarum tanto excedunt hoc delictum consistens in sola suspicione dishonesti finis.

133 Omitto, quod de stylo Sacrae Consulte contra contumaces, non imponatur, neque exigatur poena pecuniaria, ut imposuit hic Vicarius, exigendo scuta 45., 75. à Parochio, de quo agitur damnatio in contumacia, quem stylum omnino servari mandavit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium scribendo Eminentissimo Legato Emilia sub die 8. Martii 1623. ut refert, Conciol. resol. Crimin. V. Poena resol. 3., etiam si esset in contrarium consuetudo per tex satis appertum in cap. cum ab omni x. de Vita, & honest. Cler., ubi Barbosa num. 4., Massin. de Confiscat. q. 2. num. 60., Marchet. de Vicario Capitulari p. 2. tit. 20. num. 15., Surd. de aliment. tit. 1. q. 79. num. 7., & seqq., Bonacina tom. 2. disp. 10. q. 2. puncto 8. num. 6., Gratian. discep.

for. cap. num. 2., Conciol. resol. criminal. V. Bulla resol. 8. num. 2. pertex. in l. factum cuique §. in Penalibus ff. de reg. Jur. cap. in poenis de reg. Jur. in 6.

134 Tum quia certum est, quod poena non irrogatur, nisi expresso Jure caveatur, Autent. de non eligen. secundo nuben. §. fin autem, Mar. Antonion. variar. resol. lib. 3. resol. 39. num. 11., & nu. 32., Menoch. consil. 1032. num. 19., Barbosa axiom. 181. n. 7., sicuti, & debent poenæ commensurari delicto, alioquin pro excessu sunt iniustæ, & inexigibles, l. Sancimus 22. C. de poenis cap. quæsivit de iis quæ fuit à majori parte Capit., Menoch. de arbitr. Judic. casu 266. num. 1.

135 Tum quia pro sola suspicione delicti, sicut, & pro delicto dubio, minor, licet arbitraria, poena imponitur quam pro certo, Barbosa in Votis decisivis lib. 1., Voto 12. num. 35., Judex tamen in arbitranda poena, debet quām diligenter considerare circumstantias delicti, personam, & probationes quæ habentur in processu, cum pluribus aliis descriptis à Conciol. resol. Criminal. V. Poena resol. 12. num. 3., Guazzin. defens. 33. cap. 4. num. 7., Farinac. consil. 32. num. 7., & seqq. lib. 1.

136 Quas circumstantias si considerasset Vicarius, qui ad eò excessivas poenæ imposuit, nempe Margharitam esse puellam bonæ famæ, nec aliter probari in processu, N. Parochum inquisitum esse Sacerdotem, alioquin solitum vivere religiosè, & honestis moribus, non sic aberrasset à Justo.

137 Quo vero ad pecuniam pro viaticis exactam, & in poenam imputatam, sed contra justitiam, & consequenter restituentiam, ex eo convincitur, quia forum Ecclesiasticum non potest pro viaticis à Reis quidquam exigere, sed tenetur Episcopus ex redditibus suæ mensæ Episcopalibus, has expensas facere, ut relata declaratione Sacre Congregationis pluribusque allegatis scripserunt, Conciol. resol. Crimin. Verbo Episcopus resol. 3., etiam si esset in contrarium consuetudo per tex satis appertum in cap. cum ab omni x. de Vita, & honest. Cler., ubi Barbosa num. 4., Massin. de Confiscat. q. 2. num. 60., Marchet. de Vicario Capitulari p. 2. tit. 20. num. 15., Surd. de aliment. tit. 1. q. 79. num. 7., & seqq., Bonacina tom. 2. disp. 10. q. 2. puncto 8. num. 6., Gratian. discep.